(4)

F Cum autem in eo Fid. V. et contra leges terrarum Prussiae, F

STEPHANUS, etc.

Spectabilibus et Famatis Proconsuli cum Consulibus Ciuitatis nrae Elbingen.
fidelibus nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Spectabiles et Fama-
ti fideles nobis dilecti. Ex quaerela Ciuitatis Gedanen. noie nobis
proposita intelleximus Fid. V. exteris hominibus, sine discrimine
inter se negotiationis exercendae facultatem et licentiam permittere,
ex qua ad alias Ciuitates Prussiae, in quibus comertiorum usus inget,
non parum detrimenti dimanet. F et contra Veterem usitatamq. nego-
tiandi Ciuitatum in Prussia consuetudinem, atq. adeo contra respo-
sum etiam nrum, sibi Warsoviae, datum faciant, admonendas eas
noie duximus, illisq. mandamus, ut, quae nostra fuit etiam ante
nunq. est voluntas illicita, quae antiquis in Prussia consuetudinibus
repugnantia comertia prohibeant, neq. maiorem exteris istis nego-
tiandi libertatem in Ciuitate sua concedant, quam qua in Ciuita-
te Gedanen. fruuntur, neq. patiantur eos inter se, sine ullo discri-
mine negotiari. Sed negotiationis ipsorum et comertiorum cursu,
ad Pristinas Ciuitatum in Prussia consuetudines, legesq. conforment
Nobilitatis tamen in Ciuitate Vra iure saluo. Secus autem quam
nos velle intelligunt de ea negotiatione ne faciant, Pro gra nra.
Datae Grodnae die va mensis Septembris Anno Dni M. D.
LXXXVI. Regni Vero nostri Vndecimo.

Stephanus Rex etc.

Lu.[illegible] Gembiczky